

Evangelistarum cap. 1. multis verbis exponunt. Hac enim phrasi solemus non solum cas, quæ nos genuerunt, sed etiam quæ lactauerunt matres appellare. Aut ut putat Beda, & ante illum Hieronymus dixerat, ex hominum opinione, qui Ioseph Patrem existimabant esse Christum, ut infra explicat Evangelista cap. 3. 13. vide quæ supra diximus 7. 7.

Mirantes super his, quæ dicebantur de illo. ] Hac Euthymus ad ea tantum refert, quæ à Simeone dicta fuerant, quasi propterea Christi parentes non ante eum à pastoribus, non cum à Magis adoraretur, sed nunc eum à Simeone laudaretur, mirati fuerint, 9. maiora ab eo de Christo, quam à pastoribus, quam ab angelis, quam à Magis dicta fuissent. Probabilis mihi videtur Origen. homilia 16. ad omnia, quæ à prima Christi conceptione vsque ad diem illum acciderant, hæc verba referre. Omnia enim inter se collata admirationem auget. Potest dubitari, quomodo Maria, quæ tam diligenter ab angelo ante quam Christum conceperet, edocta fuerat, qualis, quantumque, quem conceperat erat, futurus esset, admirari poterit, quæ de illo à Simeone dicebantur: cum admiratio non nisi rei nouæ, & ab eo, qui admiratur, prius ignoratæ esse solet. Erat quidem Maria ab angelo docta, mysterium suam maximeque, quod ad immaculatam ipsius conceptionem pertinebat; sed nec singulas mysterii partes edocta fuerat, neque erat necessarium à Deo illic reuelari. Credebat enim sicut Christus hominum opinione, ita etiam ipsa reuera sapientia, & ætate. Eiusmodi ergo mysterii partes, & ut dicam mysteriorum mysteria cum enucleatis, & distinctis audiebat, admirabatur.

34. Et benedixit Simon. ] Gratulatus illis est tam felicem prolem, beatissimos dixit, qui talem habent filium. Sicut Elisabeth c. 42. 45. eadem gratulatione dixit, Benedicite inter mulieres. & benedictus fructus ventris tui, & cursum, beatæ quæ credidisti quoniam perficitur, quæ dicta sunt tibi à Domino. Itaque non magis colligi ex hoc loco potest, quod nonnulli colligere conantur Simeonem, quam ex illo Elisabetham iussit faceret. Sed de hæc v. 25. differuimus. Improbabilis omnino est eorum opinio, qui hæc non solum de Ioseph, & Maria, sed etiam de Christo dicta esse putant, quasi Simeon non solum parentibus, sed etiam infanti benedixit. Quod ex ipsa verborum Evangelistæ serie refutatur.

Et dixit ad Mariam matrem eius. ] Notauit Theophylactus ideo Simeonem, ad solam Mariam, ut diceret, quæ se sequitur, relicto Ioseph se conuersisse, quod illa vere mater; ille non vere pater esse Christi. Puto etiam hanc fuisse causam, quod res non Iosephum attingeret, sed Mariam. Non enim Ioseph, qui viq; ad Christi mortem non vixit, sed Mariæ animam gladius penetraturus erat. Et tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius. Et fortasse non alia de causa illud de Christo dixit, Ecce hic posuit in ruinam, quam ut hoc diceret de Maria. Videtur enim lætis tristitia miscere voluisse, & cum Christum salutare Dei, lucæ generum gloriam Israelis appellasset, Mariæque benedixisset, id est, beatam eam tali iussu pro filio prædicasset, vtriusque etiam futuram de vestri generis passionem prædixisset, ut Mariam ad tolerantiam præpararet.

Ecce posuit hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. ] Facilis sensus, prædicit forte Simeon, ut in Christum alii non credentes offendant, cadant, atque damnentur, quales plerique Scabarum; & Pharisæorum fuerunt alii credentes relinquant, id est à peccatis liberentur. Quænammodum non solum Gregor. Nazian. orat. 19. Beda, Theophyl. & Euthym. sed D. etiam Petrus interpretatur. I. epist. c. 2. 7. 8. & D. Paulus

Christus quomodo in ruinam, & in resurrectionem multorum posuit in Israel.

2. Cor. 1. 15. Quod autem posuit dicit, non significat castratione à Deo missum fuisse, ut in eum aliqui non credentes offenderent, quemadmodum nonnulli non satis, ut opinor, prudenter interpretantur: nec solum euentum, ut alii putant, significari arbitror. Illud nimium, hoc parum est: sed indicat ita propter se casuros alios, alios surrecturos, quasi ideo venisset, ut alii caderent, alii resurgerent, quamuis non ideo venisset, ut alii caderent, sed ut omnes resurgerent. Omnes enim saluari volebat, ut Timo. 2. 4. Quemadmodum cum ipse de se dicit Ioannis 9. 39. In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, accipiant. Non significat se propterea in mundum venisse, ut alii cæci fierent. Erat enim lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Atque hæc est vis illius dictionis posuit, non casus, sed consilium illius dictionis posuit, non quod eo consilio in cuiusquam ruinam posuit fuerit, sed quod ita posuit, ita comparatus, ut in hoc de industria à Deo posuit videretur, ut alii caderent. Dicam fortasse & clarius, & breuius. Huiusmodi locutionibus quales in scriptura multe sunt, non Dei consilium, sed tam certus significatur euentus, ut diuino consilio tribui posse videatur. Similis locus est, ex quo magnam hinc lucem accipit, I. I. 8. 13. 14. 15. Dominum exercituum ipsum sanctificat, ipse purus vestit, & ipse iterum vestit. Erunt vobis in sanctificationem: in lapidem autem effusionis, & in petram sanctam duabus domibus Israel, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irruentur, & capientur. Cum enim Deus non ruinam se, sed in sanctificationem populo suo posuit esse dicat, tamen multos eorum sua culpa casuros affirmat. Hic verus est sensus, ne velim alias quasdam interpretationes, quas apud Origenem, & Theophylactum inuenio de eodem sensu. Ruinam non peccatum, sed ipsius peccati casum, & interitum significare. Idem ruinam & resurrectionem esse; nihil enim aliud esse resurgere, quam peccatum in nobis cadere. Non alios esse qui cadant, alios qui resurgant, sed eosdem prius à peccatis, quibus superbe stabant, cadere; postea in nouam vitam resurgere. Itaque genitium illum multorum non esse repetendum, quasi sensus sit in ruinam multorum, & in resurrectionem multorum; sed eundem cum vtroque nomine iungendum, ut sit sensus multos, eosdem & casuros, & resurrecturos. Mirabilis, quod idem Origen. exponit Christum posuit in ruinam, & resurrectionem multorum, id est, ut ipse in mortem caderet, multi vero alii in vitam resurgerent. Inter eos etiam quidam aliorum ruinam, ad aliorum resurrectionem Christum posuit exponunt, sunt qui genitium multorum, non ad ruinam, sed ad solam resurrectionem referant, quasi non multi casuri, sed alii casuri, multi vero alii resurrecturi significentur. Sed non dubito genitium multorum, & ad ruinam, & ad resurrectionem esse referendum, quemadmodum ratio ipsa Grammaticæ postulat. Meliore iudicio Greg. Nyssenus apud D. Tho. obseruauit, cum Simeon lumen ad reuelationem gentium paratum dixit, absolute ac sine vlla additione dixisse, quia ideo paratum fuerat, ut omnes illi, quicumque vellet, fuerentur: cum autem dixit in ruinam, & resurrectionem, addidisse non tantum, quia nec occiderunt, nec sunt exursum omnes.

Et in signum cui contradicitur. ] Kai eis spondaioi et tpepouo, & in signum, cui contradicitur. Nec eoan falsior hic locus fuit, si nemo cum exposuisset, sed fecit multitudinem, & varias interpretationes, ut discipulis videretur. Multi enim interpretes distinguunt varia signorum genera. Aliquando, inquit, signum accipit

Ioan. 19.

Christus quomodo in ruinam, & in resurrectionem multorum posuit in Israel.

accipit pro significatione, aut pro eo, quod aliquid significat. Aliquando pro miraculo, aut prodigio, ut Iohannis signa, & prodigia multa in populo, Act. 5. 12. & signa nostra non vidimus iam non est propheta, Psalm. 73. 9. & posuit in signum sua, Psalm. 77. 43. Aliquando pro scelerate, Gen. 9. 12. 13. 15. 16. 17. Aliquando pro vexillo Isaac 11. 16. totidemque modis hunc locum exponunt. Nam signum contradictionis, aut cui contradicitur esse, quia cruci eius, quæ salutem nostram significat, à Iudæis pariter, & gentibus contradictum est. Iudeis, inquit, scandalum, gentibus autem stultitiam, 1. Cor. 23. Sic Beda, & Theophyl. exponunt. Quam interpretationem Euthym. etiam recitat. Ite Christum magnum fuisse miraculum, quia & conceptio, & natiuitas, & vita, & mors eius tota miraculis plena fuit, & quibus multis non credentibus, contradiceretur. Eitendens enim eo de monia alii credebant, alii dicebant in Beelzebub princepe demoniorum eici, demonia, infra ca. 11. 15. & Matthæi. 12. 24. Quæ expositio plerisque recentioribus placuit auctoribus. Et signum fœderis fuisse inter Deum, & homines quidam, ut Nicolaus Lyranus, interpretatur. Sunt qui in signum vitæ, quo actiones nostræ dirigendæ essent, positi dicant. Alias interpretationes taceo. Signum igitur hoc loco, ut quod res est, breuiter dicam, accipitur pro eo signo, in quod solent sagittari collimare, quem eorum Græci vocant vt Thien. 3. 11. Tendit arcum suum, & posuit quasi signum ad sagittam. Itaque sensus est Christum posuit esse in signum, in quod omnes fere Iudæi non solum lingua, sed etiam manu tela sua conicerent; non enim contenti fere blasphemasse, etiam crucifixum, factumque esse, quod Hispani patrio proverbio solent dicere, stultorum signum. Quemadmodum Zacharias c. 12. dixit, Et aspicient in me, quem confixerunt, & Ioannes in Apocal. cap. 1. 7. Et videtur eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hunc esse verum sensum, ex eo perspicuum est, quod cum certum sit, voluisse Simeonem Christi passionem, mortemque significare, cum istam dicat, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius; nulla præter hanc interpretatio sit alia, quæ ad eius passionem, mortemque posita commodari; hæc autem expositione capissima metaphora eius mors declaratur. Configitur enim saepe, confoditur, læcatur à sagittariis signum, quemadmodum in passione Christus spinis, clavis hæc confossus est. Obicitur aliquis non bene cum hac interpretatione epithetum illud cõuenire ἀνὰ τὸν θυρόν, cui contradicitur, non enim sagittariorum signo contradicitur. Respondeo sensum esse, In signum, cui contradicitur, id est, de quo sagittarii inter se contradicentes alii alii cessant, de quo ita signum contendunt, in quod certatim sagittas suas iaciunt, aliis affirmantibus se propriis attingisse, aliis contradicentibus. Quo verbo significatu fore, ut certatim Iudæi in Christum manus iniicerent. Atque hæc est causa, cur non dixit cui contradicitur, sed, cui contradicitur, ut ait Hebræorum loquamur modo, contradictionis, quia non est epithetum Christi, sed signi. Non enim significat Christum futurum esse signum, foreque; ut illi contradicatur, quod si dicere voluisset, dixisset potius cui contradicitur, ut Terul. vertit in lib. de carne Christi, aut, ut idem alio modo transfert, contradicibile: sed significat futurum similem signum, cui contradicit, id est, de quo ferendo, confingendoque certari solet. Hoc non animaduertentes quidam interpretes dixerunt propterea Simeonem præteriti tempore vim fuisse, quod iam tunc captum fuisse contradicenti Christo; iam enim ante turbatum Herodem fuisse, omnemque Ierusalem cum illa iam, dum Christus ad necem querebatur, occisos infantes. Non enim de ea, ut diximus, cõ-

traditione, sed de morte & passione agit. Nemo ad hunc sensum proprius quam Orig. accessit, etsi is ipse non satis mihi videtur allecutus.

35. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ] Hunc etiam locum variè interpretum sententia obsecratorum reddiderunt. In duabus dictionibus obsecratorum est, anima, & gladio. Tuam ipsius animam mirum, quomodo Hugo bonus aliquin auctor interpretetur, tuam, inquit, ipsius animam, id est, animam ipsius Christi, quæ tunc est per gladium Christi passionem intelligimus: Non minus altera eiusdem auctoris expositio mirabilis est, Tuam ipsius animam, id est, tuam animam quæ est ipsius Christi. Græce nulla eiusmodi ambiguitas est, ubi genitium ad hunc ipsum, fœmininus est, nec potest ad aliam, quam ad Mariam, referri personam. Est autem biguus esset, tamen ratio ipsa non pateret, ut aliam personam, quam Mariam, referret. Gladium omnes consentunt non proprie accipi, sed metaphorice, idque Ambrosius, & Beda monuerunt. Nec littera, inquit Ambrosius, nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis nec in passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materialis gladio transuerberabitur. Est ratio quædam Ambrosius, & Beda, alique nonnulli recentiores auctores probant, non satis efficiat, quod si proprie gladius acciperetur, non dixisset, tuam ipsius animam, sed tuum ipsius corpus pertransibit gladius. Nam anima, & pro toto homine, & pro solo corpore, contentum pro continentium fumi solet. Ferrum, inquit David, pertransiit animam eius, Psalm. 104. 18. cum de ferreis certe compedibus loqueretur, quæ non animam, sed corpus attingebant. Res ipsa ex historiis manifesta est, quamuis alio argumento probari non posset beatam Mariam neque martyrii, neque genus aliud violentæ mortis subisse; itaque necesse est, ut gladius aliter, quam pro martyrio, aut violenta accipiat morte. Scio non defuisse, qui pro morte non naturali, sed violenta accipi putarent, non quod gladio Maria occubuerit, sed quod dum iuxta Christi crucem esset, vi oppressa doloris animæ exhalauerit, alioqui nihil de illa his verbis singulare dictum fuisse; si naturalem, sicut omnes homines tantam mortem obiisset. Eam vim habere dictionem, & cum dicit Simeon, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, quasi dicat, sicut Christi, ita etiam tuam. Nam de Christo paulo ante dixerat eum in signum, cui contradicitur, posuit fuisse, indicans, quod mortis genus subiturus esset; subit autem Christus veram mortem; ergo & Mariam eandem mortem doloris plenam subisse, si quidem idem vtrumque gladius transfossus significatur. Quæ opinio eadem illa, qua probatur, ratione refutatur. Nam cum Christi & Mariæ gladius idem, aut certe similis fore significetur, & Christi gladius verus fuerit, ferrum enim occisus est, vtrumque martyrium subit; legitur & Mariæ gladium ferrum fuisse, arg. martyrium. Quod neque auctores illi concedunt, nec vlla ex historia, ut ait Ambrosius, probari potest. Vero similitudinem afferunt, qui non mortuam iuxta crucem, sed examinatam fuisse dicunt; sed neque hoc ipsum credendum est, & est tanquam errori affine à nonnullis notatum auctoribus, cum neque in scriptura facta, nec in vilo antiquo, & bono auctore legamus. Contra potius legitur eam Christo moriente iuxta crucem tam integris fuisse sensibus, ut cum ea de crepe Christus loqueretur Ioan. 19. 26. Alii gladium interpretati sunt dubitationem in fide; cum enim tam afflicta, abiectioneque vidisset filium, dubitasse. Cuius interpretationis primus fuit Auctor Origenes homilia in hunc locum 17. eum deinde nonnulli Græci præferunt, secuti sunt, Chrysost. Augu. aut quilibet auctor est q. veteris, & noui testamenti, q. 73. Amphiloc huius in hom.

signum, cui contradicitur.

Christus quomodo in ruinam, & in resurrectionem multorum posuit in Israel.







**Omnibus qui expectabant redemptionem Israel.** ] Gr. *in* *evangelio* *in* *Jerusalem*. Origen. hom. 17. *Israel* legit. Euthy. vcto *in* *Jerusalem*. Vtraque lectio bonum habet sensum. Nam si legamus *in* *Jerusalem* sensus erit non quidem locutam esse omnibus, qui expectabant redemptionem, sed iis tantum, qui erant in Ierusalē. Si vero legamus *Israel*, hic erit sensus, locutam esse omnibus, qui expectabant redemptionem *Israēlis*, omnibus qui expectabant redemptionem *Israēlis* locutam esse in Ierusalē, ubi habitabat; nec enim decebat mulierē cōcionābūdā per alias discurrere civitates. Quid? an nō omnes Iudaei redēptionē *Israēlis* expectabāt? Expectabāt Iudaei, aut se certe expectare profitebantur; sed alii vel incerto tēpore, vel minore cura; alii aut eo tempore, quo venit, aut maiore expectabāt desiderio. Hos opinor intelligit, hos Anna audiōres discendi Christi adventū auditores deligebat.

19. *Et ut persecuter omnia secundum legem Domini.* ] Multis de causis Evangelista hoc videtur dicere, & ut Mariae, atque Iosephi religionem declararet, qui nihil eorum, quae lege praecipiente fuerant, praetermitterent; & ut indicaret in Christo omnia, quae in primogenito, ac Rege fieri oportebat, rite facta fuisse; & ut insinaret non ob aliam causam Ioseph, & Mariā in Bethlehē tantūdiu fuisse commoratos, quam religionis.

*Quia si sunt in Galilaea.* ] Vtrum statim redierint in Galilaeam, an prius ex Bethlehē fugerint in Aegyptū, deinde ex Aegyptū regressi se contulerint in Galilaeā, ut Matthaeus indicat, apud illum c. 2. 13. 22. disputatim. Praetermittit Lucas fugam in Aegyptum, atque Magorum adventum fortasse quod sciet de iis rebus satis copiose scripsisse Matthaeum.

40. *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu.* ] De tota Christi pueritia, & adolecentia usque ad annū tricesimū, nihil neque alii Evangelistae, nec Lucas narrat, praeter id quod infra §. 42. solus commemorat Lucas, Christū cum duodecim esset annorū, & cum parentibus ad diem festū Ierosolymā venisse, clam se ab illis subduxisse, & cum Doctōribus disputasse. Quid reliqua fecerit aetate, hoc vno verbo comprehendit, & eussit corpore, & spiritu, quod aliis verbis postea repetit §. 52. dicens eum crevisse sapientia, & aetate, & gratia apud Deum, & homines. Quorum verborum quia eadē est sententia, utrumque simul locum hic explanabimus.

Omnis in eo quæstio versatur, quomodo spiritu, sapientia, & gratia crevisse dicatur, cum ab ineunte aetate & spiritu, & sapientia, & gratia plenus fuerit, & nō ita quidem plenus, quemadmodū Ioannes, & alii nō nulli homines pleni fuisse dicuntur, sed ita, ut spiritu, sapientia, & gratia crescere nō posset. Illud certū, neque divina sapientia, qua ut Deus praeditus erat, quia inimitabilis est, crescere potuisset. De humana sapientia omnis est quæstio. Fuit hic olim locus acrimia admodum studio inter Catholicos, & Arianos agitatus, disputabaturque ea disputatione summa religionis nostri a divinitas Christi. Obiciebant Ariani Deū non esse, qui spiritu, sapientiaque profecisset. Respondent varie Catholici; quidam profecisse quidem e, sed humana, nō divina sapientia, & profecisse ut hominē, non ut Deū Athanas. ser. 4. contra Arianos, Epiphani. in Anchorato. Ambros. in libro de incarnationis dominicæ sacramento c. 7. Cyrillus libro 10. Theauri c. 7. & lib. de recta fide ad Reginas, Fulgentius libro 1. ad Thrasim. Beda, & Euthym. Libenter hanc sententiam omnes; haeretici novi, Lutherani, & Calviniani amplexi sunt. Magis ferē eundem fē eotū, quos nominavimus, Patrum auctoritate commotū fecissent; sed, ut puto, nesciebant, eam aliquorū Patrum fuisse sententiā,

non futuram fortasse, si scivissent; tantum contra illos bellum susceperunt: nunc autem cum sola id impietate, adducti fuerint, qua non sanctis modo, sed Christo etiam, quantum peccant, detrahunt, ferendū profectio non est. Hec aliquorū veterum auditorum responsio, non immittit est a posterioribus Theologis subtilius rem explorantibus repudiata. Et vero illi ipsi, qui eius fuerunt auctores, Athanas. & Cyrillus quasi ea non satis fidentes alias adhibuerunt. Nō vere in se profecisse, sed in nobis, quia ut nos spiritu, sapientia, & gratia proficeremus, effecti; itaque non de propria Christi persona, sed de persona corporis eius, quod est Ecclesia, ut multa alia, id esse dictum. Item quod rem magis continet, non vere, ac ipsa, sed demonstratione, ostensioneque, & hominum opinione profecisse, quod illi quos diximus, & alii omnes veteres, recentiorisque auctores docuerunt Origen. homil. in Lucam 20. Epiphani. in Anchor. Gregorius Nazian. in orat. de laude Basil. 30. & Theophyl. in huius loci comment. Caesar. Dialog. 1. Vigiliis libr. 3. & contra Eutychem & Gaudent. in responsione ad Paulum Diaconum in illa verba Ioann. 14. 8. *Pater maior me est.* & Damascen. in libro de duabus naturis. Posteriores Theologi rem magis illustrant, quadruplicem in Christo fuisse scientiam, divinam, beatam, insulam, usū comparatam, quam experimentalem vocauerunt. Ergo nec divina, nec beata, necque insula scientia proficere potuisset, quia infinita erat, sola profecisse experientia, quemadmodum indicat D. Paulus ad Hebraeos 5. 8. cum dicit, *Didicit exiis, quia passus est obedientiam.* Confirmat Theophylact. hanc interpretationem ex versu 46. ubi dicitur cum doctoribus disputasse, omnesque prudentiam eius miratos fuisse. Vnde colligit, propterea dictum esse eum profecisse sapientia, quia suam hominibus sapientiam ostenderat. Obicitur contra hanc interpretationem a nonnullis quod versu 52. non solum apud homines, sed etiam apud Deum in sapientia, & gratia dicatur profecisse. Neminem vero vim Hebraicæ phrasos ignorare idem esse apud Deum, & vere, ut cū c. 1. 6. Zacharias, & Elisabeth iusti apud Deum fuisse dicuntur. Respondet, quemadmodum recentiores omnes Theologi, ac nonnulli etiam veteres responderunt, sensum esse, profecisse apud Deum, id est vere, non quod vere profecisset, sed quod hominibus vere, id est, non solum apud homines, sed etiam apud Deū proficere videretur. Obicitur, quod eodem modo dicatur sapientia, & gratia, quo aetate profecisse, aetate autem vere profecisset, non sola hominum opinione. Reuocandum in memoriam est, quod multis supra locis adnotavimus, solere aliquando in scriptura verba in eodem posita contextu non eodem modo accipi. Ascendo, inquit Christus, ad patrem meum, & patrem vestrum Ioannis 20. 17. si, quia haec verba eodem contextu dicta sunt, eodem modo accipi oportet, sequeretur illud absurdum, Deum non aliter patrem esse Christi, quam nostrum, quod ex eadem scriptura falsum omnino esse constat. *Dimittite mortuos sepelire mortuos suos.* inquit Christus Matthaei 8. 22. dubium non est quin priori loco animo, posteriore corpore mortuos appellet, sed coniunctum in eundem contextum, quia vtrique, quamvis non eodem modo, motui dicantur. Sic hoc loco sapientia, gratia, & aetate Christus dicitur profecisse, quamvis non eodem modo sapientia, & gratia, quod aetate, profecisset. Nam aetate quidem vere, sapientia & gratia sola hominum opinione profecit. Obicitur denique quod cap. 1. 80 idem de Ioanne dixerit, *Puer autem crecebat, & confortabatur spiritu.* Ioannes vero non sola hominum opinione, sed vere creverit. Respondet etiam de Iosepho, & Maria

Scientia in Christo quadruplici.

Verba in eodem loco eodem modo accipienda.

Maria idem dixisse, nam utrumque Christi parentem appellavit, tamē non sequitur aut Iosephum eodem modo quo Mariam, aut Mariam non alio modo, quam Iosephum Christi fuisse parentem.

41. *Et ibant parentes eius.* ] Quomodo Iosephum Christi parentem vocet, diximus supra §. 53.

*Per singulos annos in Ierusalē in die festo Paschæ.* ] Inebat lex, ut omnis masculus ter singulis annis coram Domino appareret, in festo Paschæ, in festo hebdomadarū, id est Pentecostes, & in festo tabernaculorū. Exo. 23. 15. 16. 17. & 24. 23. & Deuter. 16. 16. De feminis nihil dicebatur, quia, cum ideo coram Domino apparerent ut proficerentur, vir, qui caput erat, pro femina proficere videbatur. Non prohibebantur tamen mulieres, si vellent, id facere religionis causa. Itaque Maria, etsi non cogebatur legē, & longe a templo habitabat, tamen cum suo sponso singulis annis ad templum veniebat. Cur autem non veniret Ioseph nisi in festo Paschæ in templum, cum ter per annos singulos venire iuberetur, causam fuisse creditū est, quod tam longe ab Ierosolymis habitaret, quatuor scilicet, aut circiter dierum intervallo. Hugo, & Lyran. cum iis, qui longius habitarent, dispensatum fuisse dicunt, ut non nisi die Paschæ veniret. Nam eo die nemo nisi morbo impeditus excubatur. Mihi nō videtur probari posse Iosephum non nisi die Paschæ venire solum. Nam etsi Evangelista solius Paschæ mentionem facit, non negat tamen alii duobus festis diebus confuisse venire, sed quia, quod narrare volebat, duodecimum Christum Ierosolymae in festis parentibus remansisse, die Paschæ cogitaret, solius meminit Paschæ. Merito vero dubitat August. lib. 2. de consensu Evangelistarum c. 10. quomodo potuerit Ioseph, & Maria vna cum puero Christo per singulos annos Ierosolymam ire, cum Archelaeus ibi regnaret, cuius metu, ut Matth. ait, c. 22. cesserant in Galilaeam. Duobus modis respondet, aut, quod dicit Evangelista, nō esse intelligendum de omni generaliter tempore, sed de eo tantum, quo relegato iam Archelaeo in vno eius metu venire potuerunt, aut timore Dei, & legis eius obsecrationem Archelai timori praetulisse, facile in tanta hominum multitudine, quanto eo die Ierosolyma confluebat, potuisse latere. Hoc est probabilissimum, quia Evangelista nullo excepto per singulos annos venisse dicit, & quia Iosephus libr. 17. antiquit. c. 15. Archelaum decem annos regnasse tradit. Itaque cum hoc ipsum accidit, quod modo Lucas narrat, aut Archelaeus adhuc regnabat, aut vno certe anno ante regnare desierat. Nam Herodes Archelai pater, ut apud Mattheum cap. 22. probanimus, duos ut minimum post natum regnavit annos.

42. *Et cum factus esset annorum duodecim.* ] Deest in fine huius versus ad exemplum sententiam, Accendit & puer cum illis, eo nimirum Hebraeorum idiomate, quod supra §. 21. notavimus. An ascenderit Christus eum parentibus in Ierusalē per singulos annos, an eo tantum anno quo haec contigerunt, quia grandiusculus erat, caeperit ascendere, incertum; sed est probabilissimum per singulos annos ascendisse, idque mihi videtur Evangelista obsecrare licet dicere, cum non dicit eo anno ascendisse, sed remansisse in Ierusalē, quasi insinuans alius annis ascendisse quidem, sed nō remansisse; & quasi satis esse putaverit dicere ascendisse parentes, ut & puerum ascendisse intelligeremus. Atque ita Beda sentit, in hom. in hac verba, & luencus carmine hunc locum reddens;

*Ad templum Iesu puerum perducere festū*  
Omnibus annorum vicibus de more solebant.

43. *Confirmatusque diebus.* ] Gr. *καὶ τῶν ἡμερῶν τῶν ἡμερῶν*, & cum peregrinatus dies, id est, cum Ioseph, &

Maria septem azy morum dies rite celebrasset, quemadmodum lege praecipitum erat. Leu. 23. 6. 7. & Deut. 16. 8. Expresit hoc Evangelista, non solum ut leges servaret historiae, quae circumstantis temporis, & loci commendatur, sed etiam ut Mariae, & Iosephi religionem ostenderet omnia, quae ad Dei cultum pertinebant, rite peragentium.

*Remansit puer Iesus in Ierusalē.* ] Non cognoverunt parentes eius. ] In festis parentibus. Parentem vocat etiam Ioseph ea ratione, quam supra exposuimus vers. 27. Tria hoc loco quaeri possunt, cur voluerit Christus remanere in Ierusalē; cur aetate, non ante, non post, cur in festis parentibus. Videtur Christus in ipsa sua pueritia specimen aliquod divinitatis suae praebere voluisse, ne, si postea annos natus triginta nullo dato ante sapientiae suae documento de improbitate ad docendum prodisset, homines magis admirarentur, quam crederent. Nam cum & hunc sapientiae suae gustū dedisset puer, tamen postea dicebant Iudaei, *Vnde huius sapientia haec, & virtutes.* Matthaei 13. 54. & *Quomodo huius literas scit, cum non didicerit.* Ioann. 7. 15. Id autem duodecimo aetatis anno facere conveniebat, quo potissimum tempore incipit puerorum ingenium apparere & capessendis literis aptum esse. Atque haec ratio quæstio explicata est Beda in commentariis prima & secunda. Alio etiam modo & idem Beda, & Ambrosius secundam quæstionem respondit, propterea duodecimo aetatis suae anno sapientiam suam ostendere coepisse, quod hoc mystico numero misteriosus quidam esset Apostolos ad praedicationem Valentianum colligeret, Irenaeus illi auctor D. Theophrastus ideo clam parentibus remansisse, ne si id illis indicasset, aut ab ipsis impediretur, aut illis, si morem non gessisset, videretur non satis obedire. Magis alia ratio quam assert Beda mihi placet, propterea id fecisse, ut ostenderet alium se habere patrem, cuius res illis etiam non consulis agere deberet, voluere illis soleret obedire, voluntate solum facere, non debito. Quod ergo Evangelista dicit, *remansit in Ierusalē*, non ita intelligendum est, quasi aut errore, aut casu, sed quasi certo diuinoque consilio id factum fuerit. Et quidem Origenes ho. 19. videtur existimare inuisibile se fecisse, ut Ierosolyma remaneret, quemadmodū postea volentibus eum Iudaeis lapidare abscondit se, id est disparuit, inuisibile se fecit Ioan. 8. 59. Idem quoque videtur apud D. Thom. Graecus ille, quae citat, auctor indicare, esseque credibile hominem praesertim Graeci ex Origene assumptisse.

44. *Existimantes autem eum esse in comitatu.* ] Cum omnes Iudaei ad festum Paschæ die confluere solerent, credibile est turmatim, opidatimque & venire solitos, & redire. In eo igitur comitatu Nazarethanorū civium cognatorum praesertim, amicorumque; putabāt parentes esse Christum, ut ex euentu colligitur, inter eos enim solos eum dicuntur quaevisse. Hoc certius, quia ex ipso Evangelista sumptū est, quam quod Beda in commentariis, & in homilia in hac verba, & Beda secutus Lyranus tradunt, morem fuisse Iudaeis, ut venientes ad festum, domumque; revertentes, separatim viri mulieres, ac pueri progredierentur. Ita factum ut pater cum matre, mater cum patre puerum esse crederet, ne vterque de illo inquireret. Quae nec sunt ipsa per se probabilia, quis enim credat matres filios suos parvulos a latere suo passis fuisse discedere? & videntur tum Evangelista, tum inter se repugnare. Nam cum dicit Evangelista parentes existimasse, eum esse in comitatu, & inter cognatos atque amicos eum quævisse, non obscure significat Iosephum, & Mariam

Duodecimo anno eius sapientia sua speciosa dederit Christus.

Curiam parentibus remansit in Ierusalē.

Christus quomodo spiritus, & sapientia crevisse dicitur.

Lib. a. hist. Evangel.



simul iisse, putasse que Christum non cum pueris, sed cum cognatis & amicis esse. Alioqui non inter cognatos & notos, sed inter pueros quatuor fuissent. Pugnancia etiam inter se dicunt, si enim pueri gregatim, separatumque progredi solebat, quomodo pater cum matre, mater cum patre, ut illi dicunt, esse putabant, cum ex consuetudine scirent, non posse esse nisi cum pueris? Quod autem dicit Evangelista existimantes esse in comitatu, ideo dixisse arbitror ut parentibus omnem negligentiam, culpamque, inspicionem remoueret. Non enim negligenter, & incuria, sed credentes in comitatu cognatorum, & amicorum, esse iter unius diei fuisse profectos.

*Venerunt iter diu.* Vique ad noctem, quo tempore credebant, ut erat vero simile puerum ad se conuocandi, & hospitandi causa venturum, quem cum viderent non venire, querere coeperunt. Vnius igitur diei iter parentes conuectant, cum Chriftum puerum deside- rant; diem alterum in remediendo eodem itinere consumpserunt; tertio die cum eum diu quaesuisent, inuenierunt in templo, in medio Doctorum, ut Euthymius, exponit, melius utique quam qui vains diei iter sic interpretantur, ut eundo, redendoque consumptis dies vnus sit, Ierololymę vero quarendo duo. Illud enim Evangelista verba magis pie se ferunt cum dicit, *venerunt iter diu.*

*46. Et factum est post triduum.* Dubium an tribus diebus omnino transactis, an ipso tertio die Chriftus inuentus fuerit. Vero similitudo triduum fuisse die. Hoc enim ea phrasia aliquando significat, ut cum Chriftus dicit se moriturus, & post tres dies, id est, die tertio resurrecturum Marc. 8. 31. arquitea sentit Euthymius. Quod autem tertia die, non ante, nec post fuerit inuentus, Ambrosius in mysterium interpretatur. Post triduum, inquit, reperitur in templo, ut esset in iudicio, quia post triduum triumphus illius passionis in iudea celebratus, & honore diuino fidei nostra resurrexerat offerret, qui mortuum credebatur.

*Inueniunt illum in templo.* Et cum quaerent, inquit, Origen. hom. 19. non inueniunt inter cognatos, nec enim poterat humana cognatio Dei filium continere, non inueniunt inter cognatos, quia diuina maior erat natura, scientiaque, mortalitas. Vbi quatuor inueniunt eum in templo, ubi enim inuenitur filius Dei. Si quando & tu quaesieris filium Dei, quaere primum in templo, illuc propera, ubi Chrifti sermonem, atque sapientiam, id est filium Dei reperies.

*Sedent in medio doctorum.* Inter doctores. Hebraismus, ut, medius vestri stetit, id est inter vos, nec enim ut opinor, significatur illum in loco doctorum constituisse, ut quidam intelligunt. Nam nec Evangelista tanquam doctorem, sed tanquam discipulum se dis- se indicat, cum audisse tantum, & retrogasse dicit, que discipuli sunt partes; nec illi tanta illa Scribarum, & Phariseorum superbia, quos Evangelista doctores vocat, profecto tulisset. Sed in medio doctorum se dis- disse dicitur, quia credibile est doctores in orbem iuxta parietes editore sedisse locos: auditores vero in medio humilioribus subsellis, ut multis etiam locis fieri videmus.

*Audientem illos et interrogantem.* Non doctus, sed auditoris gentem personam. Recte id Gregor. ani- maduertit 3. parte Pastoralis cap. 26. Vigilant inquit, consideratione pensandum est, quod cum Iesus annorum duo- decim dicitur in medio doctorum sedens, non docens, sed inter- rogans inuenitur. Quis exemplo saltem ostenditur, ne infirmus docere quis audeat, si scilicet doceri interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientia ipsi suis doctoribus ministravit. Quamquam ex Evangelista colligitur, ita illud discipuli personam egisse, ut dum interrogatus respondebat, magnos illos magistros multa doceret. Propterea enim stupebant omnes super prudentia

& responsus eius. Multa Beda in commentariis, & in homilia in hec verba in eandem sententiam, in quam Gregorius scribit, quae & ad explicationem huius loci, & ad motus apta sunt.

*47. Stupebant autem omnes, qui cum audiebant, super pru- dentiam, & responsus eius.* Et ut coram superintelligentia, id est, quam acute, & bene res intelligeret. Est cre- dibile tanquam discipulum interrogatum, & quidem de maioribus mysteriis, cum viderent doctores illum supra eius aetatis responderet. Nam quod quidam haeretici putant respondere, responsum hoc loco Hebraeorum more pro quoque ponit sermonem, non conuenit in hunc locum, ubi Chriftus ab Evangelista audiens solum, & interrogans inducitur.

*48. Et videntes, Ioseph & Maria.* Ad eos enim hoc puero referendum potius, quam ad omnes quoad- ierant, ut quidam volunt.

*Admirati sunt.* Non sicut alii propter prudentiam, & responsa eius, nam eius prudentiam, scientiamque non ignotabant, sed quod eum prae ter opinionem in medio doctorum disputantem reperissent.

*Et dixit mater eius ad illum.* Placet quod pie non nulli notauerunt non hoc statim, & eorum omnibus ma- tris dixisse, ne gloriantur videretur filio; sed priuam posse finita disputatione. Apparet etiam ex hoc loco, ubi clarissime Ioseph pater Chrifti nominatur, eum vere non fuisse patrem, videmus enim non Ioseph, sed Mariam quasi parentem libere, ac iure suo Chriftum interrogare: *Quid fecisti nobis sic?*

*Fili, quid fecisti nobis sic?* Non sunt accusantis, aut reprehendentes verba, sed iudicantis, argu- dolentis. Nec ro- gat cur id fecerit, cur cum doctoribus disputauerit; sed cur ita fecerit, ut parentibus in seculis causis dolens fue- rit. Hanc habent vim duo illa verba. *Nobis, & sic.*

*Et e pater tuus, & ego dolentes quaerebamus te.* Quae- runt aliqui cur dolerent, cur quaerebant Chriftum, si filium Dei esse credebant: nec enim filius Dei errare, aut peire poterat: respondet Orig. hom. 19. & Euthymius in comment. Non puto eos idcirco doluisse, quia putarent errasse puerum, nec potuisse; nec poterat acci- dere, ut Mariae quae sciebat se de Spiritu sancto conce- pit, quae & angelum loquentem, & currentes pasto- res, & Simeonem audiverat prophetauerant, time- ter, ne puerum perderet oberantem. Aliud quid- dam dolor, & quaestio patrum, quam simplex lector intelligit, sonat. Quomodo enim tu si quando scri- pturas legis, quae in eis sentium cum dolore quodam, ac tormento, non quod scripturas errasse, aut perperam quid habere arbitris, sed quod illae intrinsece ha- beant veritatis sermonem, arguunt rationem, & tu ne- que inuenire, quod verum est: ita & illi quaerebant, ne forte recte scilicet ab eis, ne relinquerent eos ad alia trans- migrasset, & quod magis puto, ne reuertisset ad caelos cum illi placuisset, iterum descenderum. Patrem quomodo Ioseph Maria vocet Chrifti, diximus versus 27. Obseruauit D. Augustinus in ser. quodam de Chrifti pa- rentibus, modestiae fuisse virginis, quod non dixerit, Ego & pater tuus, sed pater tuus, & ego. Chriftum, in- quit, pepererat, angelus ad eam venerat, & dixerat ei, ecce concipies in utero, & paries filium. & vocabis nomen eius Ie- sum, hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Memerat parere filium altissimi, & erat humilissima, nec se marito, nec in ordine nominis praeferebat, ut dixerit Ego, & pater tuus, sed pater tuus, inquit, & ego.

*49. Et ait ad illos.* Sola mater interrogauerat, Fili quid fecisti nobis sic? sed quia pro se, & Ioseph interro- gauerat, utriusque respondet, utrumque docere volens.

*Quid est quod me quaeratis?* Non reprehendit pa- rentum erga se curam, sollicitudinemque; sed patrem Deum parentibus hominibus anteponeit. Respondet quidem

*Cardolens, & quare Chrifti pa- tris suum amissum.*

*Medesina B. Virginis.*

*Christus non reprehendit patrem suum*

quidem reprehendens modo, non quod vere repre- hendat, sed quod si parentes sciuissent, quatinus, & quam ob causam occupatus esset, vere fuissent repre- hendendi, si, ut se sequeretur, a patris eum negatus a- uocare voluissent. Itaque non ut argueret, sed ut doce- ret, reprehendens habitum induit. Nec debet plus lector Caluinum audire, quem dicere non puduit Mariam a Christo merito reprehensam. Semper enim serpens iste insidiatur Mariae calcaneo, sed ipsa contere- ret caput eius. Scribit quidem Ambrosius hoc loco argu- illis matrem, sed eo sensu, quo nos explicauimus dixit.

*Nesciatis.* Videret ignorantiam reprehendere, quod ea nescirent, quae scire eos oportebat. At vnde id scire poterunt ex angelis, ex pastoribus, ex Magis, ex Anna, dicunt aliqui. Sciebat quidem ex illis, ut supra diximus, mysterium summam, eum mundi saluato- rem missum fuisse, lumen quae ad reuelationem gentium fuisse propositum; sed fore, ut pater adhuc desertis pa- rentibus se subduceret, ut cum doctores in templo disputaret, nec debebant, nec poterant scire eam igitur ob causam admiratur. Non ergo eos Chriftus reprehendit, sed reprobos ad idem speciem docet, quem admodum docere simulata nonnunquam increpa- tionem solemus pueros, etiam cum nullam in illis cul- pam animaduertimus, ut acius ad discenda, quae di- cimus, eorum animos incitemus.

*Quia in his quaeratis me iun.* Origen. 20. Epiphan. haec. 10. August. in sermone illo de Chrifti parentibus, Euthy & Hugo putant ea, quae patris sui erant, templum appellari. De enim, non hominum tem- plum erat. At non tam locum loco, quam negotia ne- gotiis, personis personis opponere videtur. Negotia patris sui caelestis, negotiis omnibus humanis, etiam parentum societatis, obedientiam, consolationi. Sicut alibi dicit meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui mi- sit me. Ioannes 4. 34. Primumque; obseruat ipse, quod no- bis postea tradidit obseruandum. Qui amat patrem suum aut matrem plusquam me, non est me dignus. Matt. 10. 37. Ipse suus quodammodo voluit prius esse discipulus, ut eius nos discipulos esse non pudeat. Personam vero Dei patris, personae hominis patris opponit. Dixerat Maria, pater tuus, & ego; docet se alium viotorem, cui magis obedire debeat, patrem habere. Recte hinc Epiphani. haec. 10. Ebionitas refellit, qui Chriftum Ioseph filium esse putabant.

*Oportet me esse.* Decet, non tam affirmatione, qua negationem significari arbitror, quasi dicat: oportet me, non aliam in re, qua in patris mei negotiis occupatum esse, non in puerilibus ludis, non in humanis curis. Errat enim haeretici dicit, quasi non potue- rit Chriftus aliud facere, quam faciebat. Scilicet non satis haeretici habent, ut nobis; nisi Chrifto etiam ipsi arbitrii libertatem tollant. Refutat Origen. hoc loco Valentinianos, & veteres illos omnes haereticos, qui Chriftum filium Dei veteris testam. enti esse negabant, cum hoc loco eius se dicat agere negotia.

*50. Et ipsi non intellexerunt verbum, quo locutus est ad eos.* Verbum quidem intellexerant quid significaret, cum patrem suum Deum appellabat, dicebatque; eius se negotia agere oportere; neque enim id post ange- los, post pastores, post Magos, post Simeones, post Annas, poterant ignorare; sed mysterium, nimirum verbi non intellexerant, quae essent negotia illa pa- tris ipsius, quae vocabat, ut homines primum doceret; deinde pro illis moreretur. Itaque neque Euthymius interpretationem probat, qui verbum non intellexisse Mariam, & Iosephum putat, id est, quod templum, domum, aut rem patris sui appellasset: nec aliam eor- um, qui hoc non de Iosepho & Maria, sed de alius au-

ditoribus intelligant, de quibus 7. 47. dicitur fue- rat, stupebant super prudentia, & responsus eius. Aut si de Chrifti parentibus hoc dictum sit, per synecdochem intelligendum. Non enim Ioseph simul, & Mariam, sed solum Ioseph non intellexisse.

*51. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subdi- tus illis.* Videtur Evangelista consilio haec addidisse, ne lector existimaret emancipasse se Chriftum, & postea ut negotia patris ageret, obedientiam parentum neglexisse. Dicit ergo cum parentibus, & subditus illis est, ut qui se paulo ante Iudaeorum docendo ma- gistros Deum esse ostendat, tamen etiam obediens do- parentibus hominem profiteretur: simulque exem- plum nobis reuerentiae relinqueret erga parentes, ut Origen. hom. 20. Ambrosius Beda, Theophyl. & Euthym. adnotant. Ambrosius verba, quia illustrata sunt, ponam, *Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis implet? Et miramur spatrii desere, qui subditus matris: Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est.* Et infra, *Disce patris tui virtutis procepta, & exemplum pietatis agnosce. Disce qui parentibus tuis debas cum legitu apate filium non voluntate, non opere, non tempore dissequere. Esti personis duos, potestate vnus sunt. Et utique nullum pater ille caelestis laborem generationis expertus est. Tu matris debes pu- doru inuitiam, virginis tui dispendium, partus periculum, matri longa saesidia, matri longa discrimina, cui misere in- pti votorum fructibus manus periculum est, & cum ediderit quod optauit partu solatur, non timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis vrbis census, iactat, agricolae semina posterorum atatibus profutura: Nonne pro his obsequia saltem oportet rependi. Breuiter ex eodem loco, & Arianos refellit, & Catholicorum mores informat. Recte etiam Origen. hoc exemplum Chrifti non solum ad carnales, sed etiam ad spirituales parentes accommodat. Discamus, inquit, filii subie- cti esse parentibus nostris, maior minor subiectur. Nam quia maiorem Ioseph videbat aetate, propterea eum parentis honore coluit, omnibus filiis exemplum erit vnus, ut subiectantur pa- rentibus. Quod si patres non fuerint, subiectantur his qui rei- patrium aetatem habent. Quid loquor de parentibus, & filius si Iesus filius Dei subiectur Ioseph & Maria, ego non subiectur Episcopo, qui mihi a Deo ordinatus est pater? Non subiectur presbytero, qui mihi Domini dignatione praepositus est? Puto quare ligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, qui subiectus tibi, & sciens maiorem esse subiectum trepidus moderaba- tur imperium. Videat ergo vnusquisque, quomodo se melioribus praepositis inferior, & nonnunquam accidat ut ille qui subiectus est, melior sit eo, qui sibi videtur esse praepositus. Quod cum intellexerit dignitate sublimior, non eleuabitur superbia ex eo quod maior est, sed sciet ita sibi meliorem esse subiectum, quo- modo & Iesus subiectus fuit Ioseph. Alia multa videre le- ctor poterit apud Greg. Nysseni. in orat. in haec verba Pauli 1. Cor. 15. 28. Tunc & ipse filius subiectus erit ei, copio se hunc locum edisserentem, & apud Benar. ser. 1. do- laudibus B. Virginis, & ser. 19. in Canticum Cant.*

*Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo.* Magna cura videtur hoc Evangelista docere, idem enim dixerat supra 9. 19. Et animaduertimus, cum multa alia non solum de Maria, sed etiam de Ioseph dicit, ut quod Chriftum ambo quaesierint vers. 44. & 48. quod mirati fuerint vers. 33. & 48. Quod tamen dicta, facta- que Chrifti animo recordidens, semper de sola Maria dicit. Vnde intelligimus duo Evangelistam voluisse significare, & singulare Mariae diligentiam in obser- uandis Chrifti mysteriis, & maiorem quamdam fidem, cognitionemque; vnde ea proficisceretur obseruatio. Quia enim magnum in Chriftum habebat fidem, quid- quid ab eo fieri videbat, obseruabat. Quod ipsum ob- seruauit Origen. Plus, inquit, aliud quidquam de homine suscipiatur, vnde & custodiatur omnia verba eius in corde suo,

*Christi pro- claram ex- emplum ven- tibus, & sub- iectio non er- ga patres, & superio- rum*

*Diligentia B. Mariae in obseruandis Chrifti my- steriis.*